



Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula LXIX. Facultatis recipiendi resignationes; etiam ex causa
permutationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

CIRCA RESIGNATIONES ETIAM EX
causa permutationis coram Episcopis
faciendas.

FORMULA LXIX.

*Facultatis recipiendi resignationes ;
etiam ex causa permutationis.*

D. Rodericus &c. Reverendo N.
Decretorum Doctori &c. Salu-
tem in Domino. Cum nonnulli in ci-
vitate & diœcesi nostris dignitates per-
sonatus, & officia, seu beneficia fre-
quenter desiderent ex rationabilibus
causis de expressis in constit. felicis re-
cord. Pii Papæ V. purè & liberè in
manibus nostris resignare, seu ad invi-
cem permutare : Nos diversis etiam
Ecclesiæ nostræ occupari negotiis,
omnibus præmissis intendere non va-
lentes, & personatum hujusmodi, qui-
bus fieret sumptuosum personaliter,
vel per suos procuratores nostram adi-
re præsentiam, volentes parcere labo-
ribus & expensis, de tua industria spe-
cialiter confidentes, tibi. ut à qui-
buscumque personis cujuscumque sta-
tus, gradus, ordinis, vel conditio-
nis existant, nostrarum civitatis & diœ-
cessis prædictarum ex eisdem, & qui-
buslibet eorum dignitates, persona-
tus, Canonicatus, seu beneficia quæ-
cumque Ecclesiastica continentibus,

etiam siipsis, vel eorum alteri cura im-
mineat animarum qui hujusmodi be-
neficia ex causis rationabilibus de ex-
pressis in dicta Constitutione, & non
aliâspurè & libere resignare, seu ad in-
viceem permutare desiderant, eorum-
que beneficia per resignationem, vel
ex causa permutationis hujusmodi fa-
ciendam recipias, alteramque perso-
narum loco alterius instituendi, seu
investiendi ipsa beneficia, sic ut præ-
mittitur, resignata conferendi, ac ip-
sam permutationem ad debitum effe-
ctum deducendi, prævio, si opus fuerit,
de vita, moribus, & scientia, eo-
rumque examine, servatisque aliis de-
jure servandis. Contradictores, & re-
belles per censuram Ecclesiasticam
componendo & coercendo; recep-
to tamen prius ab ipsis personis dicta
suabeneficialiberè resignare, seu ad
invicem permutare desideratibus cor-
poraliter per eas præstito juramento
super eo quod nulla simoniaca pravi-
tas, aut alia illicita pactio inter eos ex
hujusmodi permutationibus interve-
niat, & omnia alia & singula faciendi
in præmissis necessaria, & quomodolibet
opportuna plenam, & liberam con-
cedimus potestatem;

FOR-